ZUSAMMENGESETZTE HANDSCHRIFT MIT KLASSISCHEN, HUMANISTISCHEN UND HISTORISCHEN TEXTEN
Mitte 15. Jh. Seite 50v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1843
Copyright: Wien, Schottenstift (Benediktiner)



trema scelera metuentes Rem uero p penitus amisimus,
Atque in has clades incidimus, Redendum est ad propositum
dum metui quam cari esse et diligi maluimus que si popu
lo Romano iniuste imperanti incidere potuerunt quid
debent putare singuli, nod cum perspicuum sit benivo
lencie vim esse magnam metus imbecillem sequitur ut
dixeramus quibus rebus possumus facillime eam quam
volumus adipisci cum honore et fide caritate, Sed ea non pa
riter omnes egemus, Nam ad cuiusque vitam institu
tam accomodandum est a multis ne opus sit an satis
sit a paucis diligi, Certum igitur hoc sit idque et primum
et maxime necessarium familiaritates hre fidas amancium
nos amicorum et nra mirancium, Hec enim est vna res
prorsus ut non differat multum inter summos et me
diocres viros, Eaque est utrisque propemodum comparanda
honore et gloria, et benivolencia civium, fortasseque non eque
omnes egent, Sed tamen si cui hec suppetunt adiuuat
aliquantum tum ad ceteri tum ad amiciciam comparandam
Sed de amicicia alio libro dictum est qui inscribitur le
lius, Nunc dicamus de gloria quamquam ea quoque de re duo
sunt nri libri, Sed attingamus quinquidem ea in rebus
maioribus administrandis adiuuat plurimum, Nu
ma igitur et perfecta gloria constat ex tribus his si di
ligit multitudo si fidem habet, si cum admiracione
quadam honore dignos putet Hic autem si est simpliciter
breuiterque dicendum quibus rebus parimitur a singulis
eisdem fere a multitudine Sed est alius quoque quidem
aditus ad multitudinem ut in vniuersorum animos tam